

**k. Wyjaśnienie w sprawie wręczenia pastorału
podczas ingresu biskupa diecezjalnego**

*W czasopiśmie Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów „Notitiae”
46 (2009) nr 11-12, s. 622 wydrukowano odpowiedź na przedstawione wątpliwości*

RESPONSA AD DUBIA PROPOSITA

AN LICEAT NOVO EPISCOPO BACULUM PASTORALE TRADERE INTRA RITUM
INGRESSUS IN DIOECESIM?

R. *Negative.*

Ritum, quo possessionem suae dioecesis capit Episcopus, qui ab alia Ecclesia translatus est vel ordinationem episcopalem in sua cathedrali ecclesia non acceperit, Caeremoniale Episcoporum particulatim praescribit. In dicto ritu nullum locum habet traditio novo Episcopo baculi pastoralis. Episcopus enim possessionem capit essentialiter vi proclamationis Litterarum Apostolicarum et momento quo Episcopus in sua cathedra sedet.

Nam, *Caeremoniale Episcoporum*, sive ad n. 1135, ubi de Episcopi ordinatione tractatur, sive ad n. 1143, circa Episcopi receptionem in sua Cathedrali ecclesia, in lucern ponit receptionem lectioni Litterarum Apostolicarum coniungi et constitutioni Episcopi in cathedra eius.

Ad n. 1145, insuper, sic clare dicitur: «Si vero ipse Metropolita introducit Episcopum in eius ecclesiam cathedralem, tunc ad ianuam ecclesiae ipse praesentat Episcopum primae dignitati capituli et praesidet processioni introitus, ad cathedram salutatur populum et requirit ut ostendantur et legantur Litterae apostolicae. Quibus lectis, et post acclamationem populi, Metropolita invitat Episcopum ad sedendum in cathedra. Deinde Episcopus surgit et canitur: *Gloria in excelsis* secundum rubricas».

Si Episcopus nondum episcopalem ordinationem receperit, traditio baculi pastoralis pars constituit ipsius ritus ordinationis, ut in Pontificali Romano dicitur (*Ord. Episc.* n. 90).

CZY WYPADA W CZASIE OBRZĘDU INGRESU DO DIECEZJI WRĘCZYĆ NOWEMU
BISKUPOWI PASTORAŁ?

Odp. *Nie.*

Obrzęd, w którym swoją diecezję obejmuje biskup przeniesiony z innego Kościoła lub biskup, który nie przyjął święceń biskupich w swoim kościele katedralnym, opisuje szczegółowo *Caeremoniale Episcoporum*. We wspomnianym obrzędzie nie ma miejsca przekazanie pastorału nowemu biskupowi. Biskup bowiem w istocie obejmuje diecezję mocą odczytania Listu apostolskiego i w chwili, w której biskup zasiada na swojej katedrze.

Bowiem *Caeremoniale Episcoporum*, czy to nr. 1135, gdzie mowa jest o święceniach biskupich, czy w nr. 1143, o przyjęciu biskupa w jego kościele katedralnym, rzuca światło na przyjęcie czytania listu apostolskiego i wprowadzenie biskupa do jego katedry.

W nr. 1145 natomiast bardzo jasno jest powiedziane: „Jeżeli sam metropolita wprowadza biskupa do jego kościoła katedralnego, to u drzwi przedstawia go pierwszemu rangą członkowi kapituły, a następnie przewodniczy procesji na wejście. Przy katedrze pozdrawia wiernych i prosi o odczytanie listu apostolskiego. Po jego ogłoszeniu i po aklamacji ludu metropolita zaprasza biskupa, aby zasiadł na katedrze. Po chwili biskup wstaje i zgodnie z przepisami śpiewa się: „*Chwała na wysokości Bogu*”.

Jeżeli biskup nie przyjął wcześniej święceń biskupich, przekazanie pastorału stanowi część samego obrzędu święceń, jak jest powiedziane w Pontyfikale rzymskim (*Ord. Episc.* n. 90).

(Tłum. bp Stefan Cichy)